



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi  
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

**Eyschen, Georg von**

**Coloniæ, 1657**

§. 163. Qui & ipse Hierosolymis erat istis diebus. v. 7.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45549**

tu iudicabas, ut me tuam prudentiam, haec tenus exhibitam facias imitari,  
in questionibus litigiosis & compositionibus, nempe ad initium rei si-  
mando penetrare, & de hoc bene se informare.

§.162. Et ut cognouis, quia de Herodis potestate erat, remisit eum ad  
Herodem. v. 7.

**A**liam simul virtutem, cum prudentia dicta, noto hic in Pilato Ro-  
mano. Nimirum quod Pilatus nolit dilatare fimbrias suas, seu iurisdictionem  
suam audiē extendere, habebat hominem tuō tribunali oblatum in  
sua diœcesi, poterat eum iudicare ad tribunal suum Cæsarium, quod is  
que Ierosolymam gravissimus diceretur Christus. Quid facit Pilatus? cupit  
eum ab alio potius iudicari; dimittit causam libenter, alio quo iure remit-  
tere potest, non trahit ad se, quam poterat ad se trahere. Imo remisit ad  
Herodem Regem, minorem se, & inimicum suum, & differentem religio-  
ne & sanguine.

**D**omine miror magis & magis hunc Romanum iudicem, nec miror  
iam quod, si tales Romani sunt, Dominus orbis ipsius terræ imperium  
primo politicum; & postea multo maius Ecclesiasticum, supremum in or-  
be terrarum. Benedico te Pater cœli & terra, quia ut tibi placuit, ita fecisti  
revera dona magna Romanis de disti præ cunctis nationibus adhuc hodie  
in eis eluent, quando sincero corde aliquis attendit. Non dico quod ne-  
mo Romanus sit, quin sit Sanctus. Non dico hoc: sed quod meliores Ro-  
manos, cum melioribus aliarum gentium componendo inuenio superate  
Romanos. Esto quod deteriores Romani forte superent deteriores alia-  
rum gentium personas. Sed queramus bonos, omittamus malos,

§.163. Qui & ipse Hierosolymis erat istis diebus. v. 7.

Hic Herodes Antipas cum esset Iudeus ex parte matris; nam Pater  
suum fecerat se circumcidiri, ut posset contrahere iam dicta matre sua Iudei;  
ideo reputans se Iudeum, venerat in Hierusalem ad Pascha, cum Christus  
istic pati voluit, forte & alijs de causis eodem aduenerat, ut solet fieri ad  
nundinas & panegyros & comitia magna populorum: vel, ut videtur pos-  
set Iudaicam ex omni natione gentem, quæ tum eo conuenerat, diversos  
nationum habitus & gestus, & mores, mercimonia variarum Provincia-  
rum perscrutari & intelligere, curiositate quadam regali. Sed iste aduentus  
revera fuit Herodi infausus; quia ea occasione adhibitus est ad tragæ-  
diam

diam omnium maximam mundi; ut in ea suam quoque ageret personam,  
vti & essimo fecit exemplo, & suo malo.

**O** Deus conferua me, ne inquam accedam ad loca etiam sancta nisi san-  
cta & bona intentione, & si in eis praeuides me lapsarum: impeditre  
dignate meum in talia accessum.

§. 164. Herodes autem viso Iesu gauisus est valde. v. 8.

Gauisus est, non eo gaudio quo Abraham & reliqui SS. Patriarchæ, qui diem eius videre expetierant: sed curiositate & cupiditate videndi miracul, quo putabat se à Christo, tanquam circumforante mimo, aut circulatori cohonestandum, ut liber dimitteretur: gaudebat insuper: & eum honorem sibi delatum à Pilato, cum quo dissidebat: sed melius optaslet videre Iesum sicut Zachæus.

**O** Quam multi similes sunt Herodi! quorum studium non est discere aliquid ad salutem: sed videre & audire multa curiosa. Hi etiam quandoque conciones adeunt: sed ut audiant, non ut animo interant: & proficiant: ex curiositate volunt explorare ingenium & doctrinam, sive eloquentiam concionatoris: cuius forte fama eos ad audiendum allexit. Vi- deant, qui tales sunt, ne & ipſi, vti Herodes, in vanum, imo damnum suum viderint & audierint Christum.

§. 165. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum. v. 8.

Quare certe non ex devotione: sed titillatione quadam: nam ipſe erat, quem Pater suus Herodes inter pueros in Bethlehem interemptum inerat, simulans se velle adorare: idem ipſe hic erat, qui Ioannem Baptistam, reprehensorem adulterij eius, donauerat occidendum scorti sua filiæ saltarici: erat etiam, cui retulerant sui aulici quod multa faceret miracula, quod nunciua satis nequiter irriferat: erat denique is, de quo Christus dixerat, quod esset vulpes. Sciebat igitur nomen Christi, & non pauca de illo: sed, propter grauitatem Regalem, nunquam eum, ut videret: accesserat: quia maiores lœculi non inuisunt eos: quos minores reputant, sed visitari expectant: quod tunc impetravit Herodes: sed malo suo satis magno.

**D**omine, ego te vnicē, & cum desiderio filiali desidero videre, hic & perpetuum: hic in ænigmate per fidem, illuc in maiestate & gloria facie ad faciem per claritatem. Sicut Domine anima mea ad te Deum meum fontem viuum: quando veniam & apparebo ante faciem tuam? & fons